



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 30. Colloquium de Pœnitentia

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](#)

**Sæcul. XVI.** aſt Lutherus adhæc adeo non, ut Theologum decuifſet, respondit, ut potius non niſi in injurias, ac convitia effusus, eos, qui indulgentiarum theſauro abutuntur, tota rabie infectaretur; perinde ac ſi Eccleſia ejusmodi abuſus approbat, quæ tamen nonniſi poenitentiae ſtudium inculcat, ac omni cura filios fuos hortatur, ut divinæ iuſtitiae ſerio conatu ſatisfacientes, Dei miſericordiam ſibi concilient.

### §. XXX.

#### *Disputatio de Pœnitentia.*

In colloquio die duodecima Julii insti-  
tuto agitabatur quæſtio de pœnitentia. Docebat Ekius, Pœnitentiam a me-  
tu pœnæ initium ducere, idque quam-  
plurimis ſacri Codicis, sanctorumque Pa-  
trum testimoniiſis comprobare nitebatur,  
nullatenus tamen negabat, pœnitentiam,  
quæ ab amore iuſtitiae incipit, multo  
perfectiorem eſſe, a noſtra tamen infir-  
mitate oriri, quod timore, veluti gradu  
ad iuſtitiae amore conducente utamur.  
Lutherus cuncta hæc testimonia in ſuam  
contorquebat ſententiam, qua non aliam  
dari pœnitentiam contendebat, niſi illam,  
quæ a charitate inciperet, quippe opera  
quæcunque ante charitatem peccata & dam-  
nabilia eſſe affirmabat. Hanc in rem Stau-  
pitii

pitii Vicarii sui generalis auctoritatem, <sup>Sæcul.</sup> XVI.  
addito etiam Aristotelis textu allegabat, A.C. 1519.  
(\*) ast Eckius utrumque merito rejecit.

§. XXXI.

*Disputatio Eckium inter & Carolstadium de bonis operibus.*

Postera die agitabatur quæstio, an per absolutionem poena ac culpa remittantur; demonstrabat Eckius, poenam temporalem per illam non remitti; fatebatur quoque Lutherus, quod noxæ, quantumvis condonatæ essent, subjacerent poenis, quascunque imponere Deus vellet, negabat tamen poenas divinæ iustitiae debitas virtute clavium remitti. Eadem lis in colloquio die decima quarta Julii celebrato restaurata est; tandem vero Lutherus cum Eckio ulterioris certaminis discriminem experiri cessabat.

Rursus vero Carolstadius die decima quinta Julii in arenam progredi audebat; præcipuum ibi litis punctum spectabat argumentum de libero arbitrio, piisque actionibus, de quibus quærebatur, *utrum justus in omni opere bono peccet?* Ekius hanc propositionem omnino a veritate alienam esse asserebat, idque nullo negotio demonstrabat. „Si enim, inquietabat, vera esset

Gg 5 „ hæc

(\*) En! quam infirma allegat testimonia ille, qui suam doctrinam non nisi sacræ Paginæ auctoritatibus inniti jactitabat.